



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Exercitijs quibusnam sese Dei familiares amici quotidie ad felicem mortem
præpararint; & quonam pacto in eiusmodi exercitijs eosdem imitari licebit.
Can. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

hodie moriturus. Nunquam eas dormitum quin huius diei cursum, vitæque tuæ conditionem actusque expenderis. Discite in iudicium voca cor tuum & omnes sensus tuos: & meliorem deteriorve facta sis hoc die, perquire. Nunquam ea conscientia eas dormitum, qua non auderes mori. Si inuenis te in eo statu, quo timeas mori, perquire huius timoris causam. Nam fortasse peccata in te sunt, quorum necdum penitisti, aut renuis confiteri, aut à peccatis, & peccatorum occasionibus abstinere reculas: aut in officio, seu conditione aliqua viuus, quam auersor: aut in odio aut in iusta rerum possessione perseueras: aut temporalium cupiditati, sine voluptati nimium innexa, aut creaturæ cuiuspiam amore illicito capta: aut terrenorum atque visibilium (puta honoris & diuitiarum) oblectatione merfa, te conuertere non vales ad me, nihil eorum quæ spiritus sunt sapiens, sed ad exteriora tantum effusa, & diuina nauigans, mortem idem formidas, quia mala sibi conscientia mens tua post mortem sibi prænuntiat futura tormenta. Quicquid horum in te fuerit, execrari, prosequi, & quanto potes nisi liberam te facere deberes. Ad hoc iquat mea vestigia & crucem amplecti, atque rigore animi sanctorum odio contra te assumpto bellum vitæ omnibus indicere, voluntatem non peccandi statuere, se penitentiæ ac infatigabiliter eandem renouare, nulla infirmitate aut pusillanimitate deiici, mea & Sanctorum exempla contemplari, orationibus & exhortationibus bonorum se commendare, inspirationibus internis ac bonis acquiescere, orationi ac lectioni sacræ incumbere, otia nunquam admittere, & silentium atque solitudinem amare. Hæc & huiusmodi immutant animi prauitatem & depellunt moriendi formidinem. Ad cuiuslibet diei finem cum perueneris dic tibiipsum: iam ad vnam diem breuior facta est vita mea. Manecum surgis, dic: *O pie Deus, iam ad vnam noctem morti sum vicinior.*

Exercitijs quibusnam sese Dei familiares amici quotidie ad felicem mortem præpararint: & quonam pacto in eiusmodi exercitijs eosdem imitari licebit.

CANON XIII.

Breuem, sed cum primis vtilem & omnibus modis necessarium hic tibi filiarado modum, per quem, modo tibiipsum non defueris, ad felicem mortem te præparare haud difficulter valebis. Nam omnes amici mei & quotquot mihi vnquam ex corde placere studuerunt, hunc modum sunt sequuti, & per eundem hostium suorum insidias & machinationes, mea virtute roborati atque confortati, penitus deuicerunt, omnemque eorum robur eneruauerunt, atque præclaros ex suo certamine reportarunt triumphos nullo non tempore duraturos. Primus itaque modus, quo ad mortem se præpararunt, hic fuit, vt quotidie sese mihi ex integro resignarent, omnemque suam voluntatem meæ diuinæ voluntati quàm intime possent, vnirent, atque ab omnibus rebus caducis, ac temporarijs sese cum omnibus viribus totamque animam aduerterent, & ad me Dominum & cœlestem sponsum suum conuerterent: vehementissime atque ardentissime desiderantes ac sitientes meam in omnibus adimplere voluntatem, tam in tempore, quàm in æternitate. Deinde, gloriosissimam virginem Mariam, matrem meam misericordiamque reginam quàm intimis & deuotissimis pulsabant precibus simulque omnes Sanctos & electissimos meos amicos, quatenus ad suum eos dignarentur admittere contubernium post huius calamitose vitæ terminum, ne ab eorum communione segregati, hostium paterent insulcibus.

Dddd 2

Deinde

Serio vt vitæ ratio habenda sit.

Moti quidnam secum faciat.

Voluntatis propriae resignatio vt ditionat ad mortem.

Mater Dei vt inuocanda pro morte felici.

Ioan. 14.
Vite Christi
imitatio vt
disponat ad
mortem.

Contritio
Sanctorum
qualis fue-
rit.

Rom. 12.

Resignatio
quorundam
Sanctorum
qualis fuerit

Deinde quia certa fide tenebant, q. nemo venit ad patrem nisi per filium, amabilis-
simam, suauissimam atque dulcissimam vitam meam exemplar tam profunde per quotidia-
nam ac quasi continuam exercitationem cordibus suis imprimebant, ut sine cessa-
tione & intermissione mei esse memores, nec non & eorum omnium quae ob eorum
gratiam ac salutem promerendam perpetuus fui. Ex quorum iugi recordatione mihi
filia, satis nequeo tibi explicare, quantam in animabus suis experiebantur gratiam,
quantum item erga me amorem, gratitudinem, fiduciam, mihiq. seruiendi strenui-
tatem ac promptitudinem, erga seipsum vero nihil nisi merum odium displicenti-
amq. & omnium mundi vanitatum detestationem. Adeoq. sese in hoc exemplari
te contuebantur, vt sui & omnium operum suorum quantumuis excellentium, ob-
lici, in me & meritorum meorum abyssum & vastissimum pelagus demissi & im-
mersi, supra seipsum raperentur, & omnimodam suorum delictorum remissionem inde
haurirent, multisq. alijs, qui se eorum orationibus commendabant, gratiam magnam
ex dulcissimis meis vulneribus obtinerent, & ad simile studium prouocarent. La-
borauerunt etiam non segniter pro vera contritione, non adducti serui timore
poenarum infernalium, sed filiali, quae ex Dei amore & salubri odio sui oriri solet,
quod scilicet tam pietissimum Dominum, tam fidelissimum patrem, a quo sine
intermissione bona tantaq. beneficia perceperunt, innumeris penes malis & iniquis
cogitationibus, verbis, operibus ac negligentis offenderunt. Item quod gratiam meam
misericorditer illis indulgiam tam multis vicibus neglexerunt, neq. tempus pretio-
sum debite ad honorem meum, & sui profectum expenderunt, deniq. quod proxi-
mis suis opere & verbo viam veritatis & Evangelicae perfectionis non pro virili
sua demonstrarunt, & propter haec & huiusmodi magis cruciabantur quam propter
omnes poenas quas iuste pro peccatis suis promeruerant. Nec his contenti, sed etiam
sanctae Ecclesiae Catholicae fidei in humili subiectione ac obedientia omnibusq.
doctoribus, qui a tempore Apostolorum vsque in hanc horam fuerunt se submit-
tebant, eorum iudicio & definitionibus stare parati.

Vt contingit quod ita roborarentur, vt nullus aduersariorum contra eos stare
potuerit, sed huius sacrae fidei virtute omnes vt fumus euauerint. His ita rite per-
actis & in interiori fundo exercitatis, semetipsum vt hostiam viuam ad summam
meam gloriam pro acceptissima mea voluntate mihi offerebant resignabantq. ad
sufferendum patienter ex puro amore omnem languoris acerbissimam, ipsam mor-
tis amaritudinem, omnemq. poenam in tempore & aeternitate quam meae exigent
iustitia, illis infligere decreueram, ita vt si pro suo voto, mille & eo ultra annis in
maximis delictis & voluptatibus viuere potuissent, pro mei tamen amore hanc
naturae molestiam, & praesuram, ipsamq. mortem acerbissimam subire maluis-
sent. Horum resignatio tanta fuit efficacis & virtutis, vt omnes tam purgationis
quam inferni poenas penitus ipsis ademerit. Postremo cum iam ad illud extremum
punctum ventum esset vt animam suam mihi redderent, mirum dictu filia, quae
alacritate & animi deuotione semetipsum mihi commendabant & offerebant: ro-
gantes & flagitantes per meam amarissimam passionem, acerbissimam mortem,
ac ineffabilem charitatem, quae haec omnia me subire coegit, ne eos in necessitate
sua extrema desererem, sed virtute diuinitatis meae protegerem, & hostium insul-
tus propulsarem, simul eos in me absorbendo & debile eorum corpus cum corpo-
re meo exhausto, animam item eorum miserè desolatam ac angustatam cum mea
nimis afflictà anima copularem & vnirem, necnon spiritum eorum nimis de-
pressum

pressum in mentem iucundissimum spiritum rapere atque transformarem, & ante conspectum summæ & adorandæ Trinitatis perducerem.

Hæc omnium amicorum meorum ad feliciter moriendum exercitia fuere, & etiam nunc sunt, quibus se omnibus diebus vitæ suæ ad mortem præparant, neque vllum vnquam diem omiserunt, in quo non vltimæ illius horæ memores essent, quando ex hac luce migraturi fuerint.

Modus alius quo se quisque ad mortem præparare possit.

CANON XIV.

Sunt qui velut præsentem mortem quotannis sibi exercitio quodam præfigunt, id est non aliter, atque si iam forent morituri, ad mortem parant, id est ad quinque dies continuos. Prima die, meditantur poenas atque infirmitates mortem præcedentes, atque horrorem mortis: ad quæ omnia se resignant. Altera die, de peccatis suis cogitant, illa tanta diligentia atque sedulitate confitendo, ac si post confessionem statim forent morituri. Itaque illam diem gemitibus & fletibus transigunt. Tertia die, ad sacram Eucharistiam, quasi viaticum pro exitu huius exilij summentes, quanto possunt feruore accedunt. Quarta die, pro vñctione sancti Spiritus, qua illuminentur atque emolliatur cordis sui duritia, Deum rogant assidue. Et hoc faciunt pro extrema vñctione. Quinta die, Deo feruentissimè supplicat pro morte spirituali, qua mundo & sibi ipsi perfecte moriantur, viuant autem Deo. Singulis autem his diebus possunt applicari Psalmi & orationes congruæ, nec non inuocationes Sanctorum, & tandem gratiarum actio pro omnibus beneficijs à Deo per totam vitam collatis.

Dies præparationis ad mortem qui sunt.

Consilium tempore mortis instantis.

CANON XV.

Filia in infirmitate constituta, præpara animam tuam Deo. De bonis tuis temporalibus in vita tua sic ordina atque constitue, vt post mortem tuam nec lis, nec querimonia nascatur. Vtilissimum est bona in vita agere, & misericordiaz operibus, dum viuus, peccata redimere. Quæcunque alijs pro te facienda committere vis, per te ipsam perficere stude. Nam si mories in æternum iueris supplicium, testamenti tui apparatus, pompa funeralis, atque elemosynæ ac sacrificia post mortem, quid conferent tibi damnatæ? Hæc mihi dum viuus sacrificia, vt non solum à peccatis libereris, sed etiam in gratia mea crescendo, ad damnationem non peruenias, sed à peccatis, me præseruante, in bonis operibus ad finem vsque peruenies. Morte accedente, fac vt à curis & occupationibus alijs tunc prorsus libera, mihi studeas immaculata, desiderabunda & fiducia plena occurrere, nihil de tuis operibus, sed de mea misericordia infallibili salutem tibi promittens: atque in hac fide & te ipsam, & vniuersa quæ in mundo sunt, prouidentia ac beneplacito meo committens, Sacramenta humiliter atque deuotè suscipias. Indulgencias quoque, quæ ex meis meritis habent virtutem, & Ecclesiæ pro thesauro à me data sunt, tamen si multi illis sapè, sicut & sanctissimis quibusque alijs, abusi sint, si habere potes, tibi facias applicari. Hoc enim & valde sancti vtriusque sexus homines, ijs miraculis celebres fecerunt.

Morte vrgente quid agendum.

Exercitium quo mane, aut quancumque volueris, Deo effundas cor tuum pro bona morte.

Dddd 3

CANON